





1729.

Rosencamp, Viduicus: De obligatione pollicitationis

1735

1. Namengiensis, Ludus Christakors: De recepta verum miserabilium . . . 89. II
2. Pagenstecher, Henricus Theodorus: Oratio de sceptro, majestatis insigni, cum magistratum academicum in alma Vindoburgensi solemniter susciperet.

1737.

Pagenstecher, Henricus Theodorus: Oratio de regali alveo cum iustitiamque in flumine publico natam jure, cum Hieronymum Kligkist . . . in numerum Juris utriusque Doctorum solemniter compareret.

1744.

Pagenstecher, Henricus Alexander Guinardus H. T. F.:
De emendatione legum per transpositionem verborum.

1748.

van der Meer, Fr. Alup. : De ordine totius
universi cū primo juris naturalis principio -
Editio altera 1750.

1757.

Eichmann, O. L. ab. Schedia de Mesomarchia quon-
dam Neomarchia dicta.

1752.

1. Schlegkendal, Friederici Goltzopferi : De originibus
legitimas ad imitationem leg. Falcidiae inter-
pretatione prudentum introductae.
2. Schlegkendal, Friederici Goltzopferi : De jurisdictione
originali, seu imperio novo.
3. Schlegkendal, Friederici Goltzopferi : De vocibus juris
dictionis et imperii in genere.

1750.

1. Schlegkendal, Friederici Goltzopferi : Res erga pecuniam

722
Data, sive dissertationes juris Novae ad l. ult. Reg. de cond.
cens. dat.

2. Sybel, Iohann Christian Willh: De dominis et usufructu
1760

Lichmann, O. L. ab: De feudo personae

1765.

Schlichtendal, Fridericus Gottfried: De aequalitate pretii
in contractibus servanda.

1764

Lichmann, O. L. de: Oratio de jure Germanico civili
omnibus libris in foro obveneritibus sufficiente

1765.

Wessern, Hermannus Goartha: De usu l. 7 §. de divore
sive regulis juris antiquae

1770 -

1. Schlichtendal, Fridericus Gottfried: De eo, quod juris
est, circa animum in rebus possessione

2. Schlegel, Fredericus Gothofredus: De remediis
juris illi concessis, ad indemnitatem consequen-
dam, qui per accessionem industrialem domi-
nium rei suae amisit.

1776.

Greveler, Christophorus Bernardus: De anno clauoris

1777.

Gilgenmeister, Joannes Fredericus: De communione
bonorum inter conjuges legitimam mutata domestica
non sublata.

1781.

Gilgenmeister, Joannes Fredericus: Observationes juris
cum iudice praelectorum in eorum semestri hie-
mali habendam.

4
Pr. 15. Sum. Co. 2
1735/1

LVDERI CHRISTOPHORI
KANNENGIESSERI, D.

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA
DE

RECEPTV RERVM
MISERABILIVM,

Oder:
Von Glucht = Büthern.



EDITIO SECVNDA.

DVISBVRGI AD RHENVM,
TYPIS IOHANNIS SAS, ACAD. REG. TYPOGR.
ANNO M DCC XXXV.




ROBERT CHRISTOPHORUS
KANTZENBERGER
DISSERTATIO IN AUREA
DE
ACCEPTV. RERVM
MISERABILIVM

1800
GOTTINGEN



EDITION SECONDE
PARIS
M. DCCC. LXXV. AD RHEIMVM
M. DCCC. LXXV. AD RHEIMVM
M. DCCC. LXXV. AD RHEIMVM





L. B. S.



Ua cuique tanquam Ars, est quasi assignata Calamitas, que tamen ut Virtutis occasio consideranda. Seneca de Provid. c. 4. Illius effati expertus & ego haud sum, sed illis merito annumerandus, quibus crebræ alternantis & altercantis Fortunæ contigerunt vicissitudines; Umbram Virtutis ex hac occasione arripiens Triplicem, GRATITVDINIS, MEMORIÆ, & LABORIS. Gratum me fisto Divinæ clementiæ, pro gratiosa Corporis & Mentis sanitatis conservacione; quid si cuncta corporis mei membra in Linguas verterentur, & omnes artus humana resonarent voce, nihil tamen dignum gratiæ Divinæ mihi præstitæ, me dicere posse, cum D. Hieronymo in Epist. ad Eustach. lubens confiteor. Meminisse juvabit omnis Peccati, ut doleam, Mortis, ut offendere desinam, Divinæ justitiæ, ut timeam, Misericordiæ, ne desperem. Laboris exigui loco fiet Inaugurale præiens Specimen, quo, certa quædam Fatalium jura delineare conabor. Non tamen quæ accidunt Imprudentibus, l. 5. §. 4. ff. Cotamod. non Diurna Fatalium, qui

A 2

Appel.

Appellationibus solenniter & rite introducendis ab
*Imperatoribus l. 2. C. de Temporal. Appellat. l. 32. C. d. Ap-
 pellat. l. ult. C. ubi Senat.* præfixi. Sed FATALIVM,
 quibus Damna Miserabilibus unice in Fuga Salutem
 quærentibus infliguntur execranda. Quanquam vero
 materiæ dignitas, uberiolem, solidioremque Jurium,
 Authorum & Exemplorum accumulationem & con-
 cinnam poscat applicationem, honeste quæso tamen
 asseveranti fidem habeas B. L. non defuisse, sed proh
 dolor! *Fato* indeclinabili perdita. Ideoque humana
 speciæ si amictus, spero *Te* sarcimentis hisce fore con-
 tentum, præprimis cum firmum mihi manserit Pro-
 positum DEO T. O. M. vitam, tempus, viresque
 largiente, noviter & limatius firmo pede augere &
 suscepiam renovare Laborem. Interim his
 TU DEVS ALME.

Inceptis largire manus, Finemque Corona.

THES. I.

Reciptum a *recipiendo* dici, & recipere ex *re* & *ca-
 pere* componi neminem præterit. Proprie ergo
 significabit id *rursus capere* quod quis antea ha-
 buit; ita occurrit *in l. 55. ff. d. Solut. l. 2. §. 1. ff. de dot. præ-
 leg.* Sic Cicero ait *recipere arcem amissam*. Eodem
 sensu usitatum verbum *reciperare*, quod in Pandectis
 Florentinis non solum, sed & in aliis vetustis Codici-
 bus legitur pro eo, quod vulgo dicimus *recuperare*, uti
 & a Brissonio *in libro πᾶσιπυον* notatum: Tacito & Ju-
 stino hoc verbum frequens; inde Reciperatio apud
 eundem Justinum *lib. 30. cap. 1. §. 7.* cujus hæc verba
 sunt. *Contentus (Ptolomæus) reciperatione Urbium quas*
ami-

amiserat, facta pace, avide materiam quietis arripuit. Voce hac authore Ælio Gallo quoque usi sunt veteres, *Quum inter Populum & Reges, Nationesque & Civitates peregrinas lex convenit, quomodo per Reciperatores redantur res, reciperenturque, resque privatas inter se persequantur, quemadmodum apud Festum ea in voce legitur.* Inde *Reciperatores*, quos recentiores, *recuperatores* extulere, ita dicti, quod unus quisque per eos suum recipiebat. Theoph. §. 4. 1. *Qui & quib. ex caus. manum. non poss. inde & Reciperatorium, vel Recuperatorium iudicium apud Ciceronem, Suetonium, Plinium, & alios.* Maxime porro usitata est verbi *recipere* significatio, pro *excipere, eximere*, vid. l. 205. d. V. S. l. 10. ff. *Comm. Præd. l. 31. §. ult. ff. d. A. E. l. 42. ff. d. donat. mort. causa*, inde *bona receptitia*, quæ mulier cum marito dorem dat, retinet, neque ad virum transmittit. Gell. N. Att. lib. 17. c. 6. ubi & docet quis sit *servus receptitius* apud Catonem in *Suasione legis Voconie*, quem male Verrius Flaccus putarat esse servum ob vitium redhibitum, cuius opinionem retulit & Festus in ea voce.

THES. II.

Non raro etiam *recipere* pro *accipere* venit Ciceroni, & aliis, sic *in matrimonium recipere*, dixit Justinus l. 9. c. 5. & lib. 10. c. 2. §. 2. referunt huc & phrasin in reos vel *inter reos recipere* sæpe usurpatam non solum Jctis, l. 12. §. 1. d. *Accus.* sed & aliis assiduis authoribus. Magnificum autem quid in locutione hac *recipere mortem*, ea usus Seneca. ep. 30. Verba ejus sunt: *Accessus mortis quam perturbationem adferat, optime hi tibi docent, qui secundum illam steterunt, qui venientem & viderunt, & receperunt*, idem de Tranquill. animi cap. 11. aliquanto

clarius: *At tu & vires diutius & morieris expeditius, qui ferrum non subducta cervico, nec manibus oppositis, sed animose recipis.* Est & ubi recipere pro admittere positum. Sic res sacræ dicuntur usufructu non recipere l. 9. ff. d. Usurp. aliquando ita quid admittere significat, ut id necessario præstandum sit, ita contractus dolum recipiunt, seu requirunt præstationem damni dolo dati. l. 23. ff. d. R. J. dicitur & recipere se aliquo pro eo proficisci, eo se conferre, eo abire.

THES. III.

Pro suscipere quid in se etwas auf sich nehmen, an-
 geloben, versprechen, verbum recipere usurpatum a
 Cicerone: *Omnia ei petenti recipi & ultro pollicitus sum.*
Et que tibi promitto ac recipio sanctissime esse observaturum,
diligentissimeque facturum. Imo videtur etiam ma-
 jorem vim habere, quam simpliciter promittere,
 nam idem Cicero de astate polliceris, vel potius reci-
 pis. Ad si lubet nunquam satis laudatum Grono-
 vium Lib. 2. Observat. cap. 24. Non dissimili sensu oc-
 currit verbum in Edicto Prætoris quod existat, in l. 1. ff.
 Nauta caup. nec dubium quin aliquando idem sit ac
 simpliciter suscipere. Idcirco valde miror Ascon.
 Pedianum, non unum discrimen anxie scrupuloseque
 tradentem; ait hic in Divin Cic. p. m. 27. & seq. suscipi-
 tur totum, recipitur pars. Suscipitur quod principale est,
 recipitur quod hinc pendet, suscipitur solum aliquid propter
 se, recipitur etiam propter aliud. Nimis ut existimo sub-
 tiliter, & vix fidem dictis conciliabit, quamvis Pedia-
 num descripserit Aufon. Popma lib. 4. d. different. ver-
 borum. Suscipere sane occurrit in l. 1. § 14. 22. 37. 41.
 l. 24. l. 26. ff. depos. l. 6. l. 9. C. eod. perinde ut recipere,
 ut

ut in l. 1. §. 10. & in. D. Depof. nec non in Rubrica ff. Nauta Camp. Stabul. ut recepta restituant, & in l. 1. §. 6. & 8. ff. eod. non dispari verbi utriusque potestate, & quid quæso aliud, recipere quem tectis ac sedibus suis quod pro Archia dixit Cicero, quam suscipere? **Jemanden in sein Hauß auf- und annehmen.** Ad rem nostram propius faciens locus est in Orat. Cic. pro Sexto Roscio Amerino. Ubi hæc sunt Oratoris verba: *Quod is simulatque sensit, de amicorum cognatorumque sententia Romam confugit, & sese ad Ceciliam Nepotis filiam; quam honoris causa nomino contulit, qua pater usus erat plurimum: in qua muliere, Judices, etiam nunc vestigia antiqui officii remanent. Ea Sextum Roscium inopem, ejectum domo, fugientem latronum tela & minas, recepit domum, hospitique oppressa jam desperatoque ab omnibus, opitulata est. Non semper vero ita applicatur, quemadmodum a Cicero ne etiam & aliis in malam partem capitur, cum ait: Cui templum fuit arx civium perditorum, receptaculum veterum Catilinæ militum, castellum forensis latrocinii: ita & in Orat. pro Mil. receptator non veni sensu favorabili, ille Latronum occultator & receptor locus. Messanam dicit furtorum receptricem. Ita & notus omnibus Titulus de receptatoribus. Posterius ævum receptum pro reditu vel proventu dixit, unde qui reditus exigunt hodie receptores audiunt. Per receptum & receptionem, etiam indigitatur præbitio hospitii, passus, & jus id exigendi, ex obligatione enim Vasalli quidam tenentur dominum in suum recipere, vel admittere castrum, si Dominus eo egeat ad bella vel alia negotia sua. Alias arbergariam & jus aperturæ vocant vid. Carolus Dufresne Gloss. Lat. voce Receptus. Non*

Non obstat ergo vocis notio, quo minus rerum Miserabilium in custodiam nostram susceptio. *Die Auf- und Annahme geflüchteter Güter*, RECEPTVS RERV MISERABILIVM dici queat. Cum receptus & receptio promiscue, ut apparet, dicatur. Facili negotio videt. B. L. quod non animus mihi sit agere de simplici deposito, sequestro, aut de deposito juris quod vocant ad effectum liberationis tendente, de quo existat Lauterbachii integra Dissertatio: sed de NECESSARIO, vel quod malunt exprimi MISERABILI, quod fieri intelligimus, quando in periculo quis constitutus alii rem suam custodiendam tradit ea lege, ut in eadem specie res illa restituatur. Deponitur ita ingruente vel incumbente incendii, tumultus, ruinae, naufragii calamitate, item ob terrorem vel incursum hostium, latronumve, vel in genere ob fortuitam causam ex necessitate, non ex voluntate (*omnino libera*) proficiscentem. l. 1. §. 1. 2. 3. 4. ff. *depos.* Paulus ait deponere videtur, qui in metu ruinae, incendii, naufragii apud alium custodiae causa deponit, deponere videtur & is, qui suspectam habens vel minus idoneam custodiam domus, vel vim latronum timens, apud aliquem rem custodiendam commendat. Confer. LL. *Mos. & Rom. tit. X. Struv. Synt. Jur. Civ. ex 21. th. 42.*

THES. IV.

Miserabile depositum inde adpellatum, quod deponens affligitur angiturque, dum ei non sat temporis suppetit ad eligendum vel certum locum vel personam certam, & propter talem casum misericordia dignus est Harprecht. *ad §. 17. I. d. Act.* adeoque miserabile dicitur depositum, non ratione rerum, quae deponun-

ponuntur, sed ratione illarum personarum anxie & trepidæ illas deponunt. Miserales eæ personæ, non misera: si sectemur subtilitatem Cujacii *Paratitl. C. quando Imp. inter pupill. jus dicat.* existimantis miserum semper dici in malo, quod tamen refutat Ascon. Pedian. *p. m. 81. & 82.* Sic ergo Materia nostra primo obrutu nota satis expeditaque putari posset, sed quæ tamen a Jctis duntaxat degustata videtur; Quotquot enim sumferis Compendia vel Scriptores, lineolis tantum paucis totam hanc absolvunt materiam. Fateor quidem in plerisque hoc depositum cum ordinario convenire, cum tamen quod ad nonnulla quædam habeat peculiaria, utique diligentius paulo de eo dispicere licebit.

THES. V.

Vox *Rei* ambigua est. Generaliter enim notat omnia quæ vel in patrimonio sunt, vel extra patrimonium: continet etiam causas juraque *l. 5. l. 23. ff. d. V. S.* estque strictior pecuniæ significatio, utpote quæ tantum ea complectitur quæ sunt in patrimonio. *d. l. 5. d. V. S.* quamvis hac parte sibi non constiterint Jcti. Nam Pompon. dicit in XII. Tab. fuisse, *uti legasset sue rei, ita jus esto l. 120. ff. d. V. S.* quæ utique non ipsa Decemvirorum verba fuere, sed hæc ita se habuerunt. *Paterfamilias uti legasset super pecunia tutelave sua, ita jus esto.* Scribit quidem Gothofredus. *Paterfamilias uti legasset super pecunia tutelave* (quæ hactenus in *l. 53. d. V. S.* apud Paulum inveniuntur) *rei sue ita jus esto, & vocem Rei* hausit ex Ulp. *Fragm. Tit. XI.* at eam adscriperat ad oram sui libri quidam Studiosus Juris, qui meminerat illud (ut ait Vir inelytus Gerardus Noodt.

B

2. obf.

2. *obf. 9.*) alibi exstare, vel nominatim apud Pomponium, (cujus Fragmentum jam in *l. 120. ff. d. V. S. exstat*) occurrere. Videtur autem illud *rei*, esse interpretamentum vocis *pecunia*. Nam auctores aliquando non tam ipsa Legum verba recitant, quam quæ ex sua sententia similia videntur, vid. *l. 1. §. 1. ff. d. Edil. Edicto.* & A. Gellius *N. A. lib. IV. cap. 2.* adeoque Pomponius *rem* non latius cepit, quam patet *pecunia*. Nobis tamen ne de hoc quidem universo rerum complexu hic agitur, quem *pecunia* involvit, sed tantum de rebus, quæ custodiæ tradi possunt, quales sunt *corporales*, & inter cæteras & quantitates aut *res fungibiles*, nummi. *pr. I. d. Reb. corp. & incorp. l. 1. §. 1. ff. d. Rer. divis. & qual. l. 14. ff. de Reb. Cred. §. ult. I. Quib. alien. licet vel non.* manetque nummorum verum depositum, nisi convenit, ut liceret uti depositario, tum enim notissimi hujus contractus termini exceduntur. *l. 24. l. 25. l. 26. §. 1. ff. Depof.* Latius hæc disquirat Dn. Lauterbach. *Coll. ff. depof. §. 2. 3.* Nec ullum dubium restat, quin *res aliena* deponi possit. Sic Creditor potest deponere *rem sibi pignori datam*, & ipse depositarius *rem sibi depositam*. *l. 16. ff. depof.* imò & fur & prædo deponunt, & depositi agunt; *l. 1. §. 39. ff. eod.* ita tamen ut Verus illis in concursu præferatur Dominus. Hanc enim *justitiam* esse constat, quæ ita cuique suum tribuit, ut non distrahatur ab ullius personæ justiore petitione, ut ait Tryphoninus *l. 31. §. 1. ff. eod.* Grot. *de Jure B. & P. lib. 2. cap. 10. §. 1. n. 4.* Creditori tamen, *rem oppignoratam* qui deposuit, dominus non præferatur. *l. 1. §. 7. ff. Nautl. caup. stab.* Ziegler. *ad Grot. d. l.* Nec ego depositum semper ad *res in commercio existentes*, quod vult Lauterbach.

Coll.

Coll. ff. depof. §. 9. tantum alligaverim, etſi enim *res ſacre* regulariter privatorum contractus reſpuant, adeoque ſuo modo verum ſit aſſertum Lauterbachii §. 2. *a. inu-tilibus ſtip.* ſunt tamen ex *res ejus*, qui ſummum Imperium in republica obtinet, vid. *Grot. d. J. B. & P. l. 3. cap. 5. §. 2.* adeoque is ex ſacro poteſt profanum efficere, *Idem ibidem, n. 3.*, deſinuntque *res ſacræ* tales eſſe, cum fuerint ab hoſtibus captæ. *id. ibid. n. 1.* Et confequenter illi qui Summo cum Imperio Reipublicæ præſunt, etiam eas *res vel ipſi, vel hi*, quibus illi harum rerum curam & cuſtodiam commiſere, deponere poterunt.

THES. VI.

Corporales *res ſunt Mobiles vel Immobiles. Incorporales* non faciunt ad noſtrum ſcopum uti nec *immobiles*, quæ ex eo dicuntur quod loco non poſſint moveri, nec violentiæ hoſtium in auferendo ſubjaceant, quare & potius nos illis, quam illæ nobis auferuntur, & cogimur ad deſerendum; ideoque non fugæ, nec translationis titulus, ſed deſertionis applicatur, qua propter etiam invadi vel occupari dicuntur: Interim non negandum, quod *immobilia* dentur, quæ ab hoſte auferri poſſint, utpote ſi *Caldarium, vel alia quæ computantur inter immobilia, welche Nieth und Nagelfeſte ſeyn*, vi ſeparentur & abducantur, vel ſi *res mobilis* ad certum locum ita deſtinata, ut perpetuo ibi ſit, hac deſtinatione *immobilis* dicitur, & quidem intellectu juris, ut *ſervi adſcriptitii, animalia ferrea, lecti & ſupellex qui in diverſoriis perpetui uſus gratia* exiſtunt, *Berlich. p. 3. Concl. 30. n. 23. Finckelthauſ. obf. 26. n. 18. Befold, in voce liegende und ſahrende Haab, Molendina navalia, Hering. de Molend. p. 8. n. 27.*

B 2

huc

huc etiam referuntur pisces in piscinis, feræ in vivariis, si ibidem propagationis causa habeantur, non autem si ad quotidianum usum & victum. Berlich. *p. 2. Concl. 45. n. 18.* Machinæ & arma bellica ad certum locum, dolia vini ad perpetuum usum destinata, *l. 3. §. d. Trit. vin. & ol. leg.* interim non desunt, qui vere immobilia deponi posse affirmant; audiatur ex omnibus Franzk. *ad Tit. ff. depof. n. 6.* licet forsan (inquit) primævæ originationi depositi, depositio rerum mobilium, magis quadrare videatur, cum immobiles loco moveri nequeant, nec proprie poni possint, nec deponi, attamen tractu temporis ut fieri solet, paulatim illud etiam ad res immobiles extensum fuit, exemplo commodati. *l. 1. §. 1. l. 5. §. 4. ff. Commod.* Nam & tradi tandem res immobiles cœperunt, utut illud originationi hujus vocabuli, quod de manu ad manus dationem significat parum conveniat.

THES. VII.

Quicquid interim sit, *mobilia* erunt objectum hisce paginis pertractandum, quæ, quoniam facillime ab hoste invadente auferuntur, hominès edocti ea ad tuta securaque loca deferre; Sub his & se moventes intelliguntur, ut animalia *l. 1. ff. de R. V. l. 1. ff. de Ædilit. Edict. l. 40. §. 2. 3. C. de Episcop. & Cler.* revera tamen res mobiles & se moventes sunt unum idemque in sensu juris, *l. 13. ff. d. V. S.* Wissenb. *ad dictam legem,* quos ergo irata fortuna ita invadit, Oeconomice ut loquar, delectum faciant & seperationem, cum res sint, quæ tum ratione usus, magis minusve faciant ad necessitatem domesticam, tum ratione pretii, aut valoris, pretiosæ sint aut viles.

THES.

THES. VIII.

Quis infelicis ita esset ingenii, ut rem vilipendii pretiosiori in securitatem mittat, lectos, scamna, pulvinaria abscondat, vel devehat, & non sibi prospiciat de gemmis, margaritis, auro, argento, & documentorum, instrumentorumque curam non habeat. Non unum idemque negotium duro militi, pro temperamento suo & conditione quisque inhiare solet prædæ, sic avarus nummis, voluptuosus esculentis, Veneri, aliisque inhiat. Præsertim vero Officiales & Primates in Cancellarias Archivaque inquirunt; magni momenti ergo erit Cancellaria Archivumque ut in tuto sit, ne ex libris censualibus vires explorent, Civitatis aut Provincia, aut quicquid sit, Helvic. *lib. 30. pag. 77.* nobis narrat de Neucensibus in Silesia, anno 1642. quod quidem intentio fuerit, cum Archivo Episcopali se Uratislaviam recipere, sed intercepti spoliatique ab hoste; cujus dispendium maximum putarunt: Arcana enim non divulganda, itaque ut nec hosti innotescant, cum pretiosis cæteris ad loca securiora transferenda. *Id. lib. 22. p. 297.* Wallenstenium profert Egræ trucidatum, in cujus Archivo perlustrando, diligentes satis se præstabant. *Id. lib. 30. p. 84.* Partes Cæsarianorum nil jacturæ æstimarunt & pretiosissimarum rerum, respectu Cancellariæ militaris Secretioris Archiducalis. Sed quid? in tempore sibi prospiciant & prospicere possunt incolæ, quorum terræ dura fors minatur. Non uno momento legiones colliguntur, nec advolant, non solum ergo quæ ante pedes sunt, sed & quæ futura prospiciamus, ideoque & sera pœnitentia inutilis, Nam

B 3

Quid

Immisso claudere fure domum?
 Effracta ponere Claustra fore?
 Amisso claudere septa pecu?
 Quid iuvat } Exusta flumina ferre casa?
 Enecto flore rigare solum?
 Aucta merce venire forum?
 Exacta visere templa prece?

Quare etiam Princeps sibi suisque prospecturus, mature subditos solet monere, ut si quæ chara penes se habeant, e conspectu submoveant.

THES. IX.

Commune omnibus sit præsidium, nec denegetur, subditis enim aut fociis præprimis subsidium & manus amica porrigatur, & qui loca minus munita incolunt, neque arma tractare possunt, duri militis vexationibus non remittantur, nisi fontica causa nos detineat. Nam:

*Quam miserum est rigido cum milite ducere vitam,
 Qui putat armata cuncta sicere manu?*

Criminum reos asyla beant, quare non locus tutus sit miseris. Hebræis erant Civitates privilegiatæ, Romæ confugiebatur ad statuas & templa, arg. §. f. I. de his qui sui v. alien. jur. Miseri non solum sunt, sed & imminet iis periculum vitæ & bonorum, quare securitas iis primarium objectum. Obiter noto de *securitate*, quam si sensu generali explicare volumus, dicimus *Salutem*. Unde germanus generaliter etiam his utitur, ich will hierein, ich will darein mein Heil versuchen, ich will mein Heil versuchen durch die Flucht, mich und das meine an einem sichern Ort zu bringen, & vulgus eos qui sibi tali modo consuluerunt, dicit: Sie haben sich salvi-

salviret, sic sunt in salvo: quanquam quod proprie hic spectat ad vocem Heil deberet explicari (quod mihi saltem videtur) per vocem Glück Fatum, fortunam, ac si dixeris: *Ich will mein Glück versuchen, oder die Befahr wagen*, quod Gallus optime explicat, *se mettre au hazard de la fortune*, Gothofredus apte securitatem explicat per Tranquillitatem, l. 1. ff. ad L. Jul. Maj. in Not. *ibid.* Germanus etiam Friede vocat, quo omne securitatis Genus exprimitur. Hinc Jure Provinciali Frisiz Orientalis PLACITI SECUNDI sub RVBRICA vom Frede, Gades-Husen, und Gades-Lide, by eener Döne tho holden.

THES. X.

Hospitalitas sive receptus inter præcipuas quidem commendatur virtutes: *Ebr. XIII. v. 2.* Sed Regula cui fidas, vide, bene observanda, præsertim tunc cum non solum conterranea Gens indomita in urbem confluit, verum etiam hostes sub nomine amicorum intrant castra, & civitates. Hannibal directa acie ad Cannas, sexcentos equites Numidas, jussit transfugere, qui ad fidem faciendam gladios & scuta Romanis tradiderunt, & in ultimam aciem recepti, ubi tandem dimicantibus Romanis minoribus quos occultaverant gladiis, eorum aciem cæciderunt, hoc erat quare Palladini Davidem prælii comitem respuebant, *1 Samuel 29. v. 4.* Imo & indignum aliquando foret, a fociis homines bello aptos, qui fugiant, ut non tolerent belli gravamina, recipere, & noceremus multo magis fociis & nobis, cum illos debilitaremus numero militum, & nobis non sint nisi colluvies, & inutilia Reipublicæ pondera. Si ex re foret hic disquireremus, quousque

quis-

quisque se recipere possit, qui non ratione officii & juramenti ad subsistendum tenetur. Sed ne extravagemur in illis quæ ad personas spectant, quæ nunc mihi non sunt pro objecto, hic pedem figo.

THES. XI.

Sonticam quæ officium recipiendi excludat me dixisse causam in antecedentibus memini, quæ talis sit, facili negotio memet explicem. Aut bello propter Res Depositas miserabiles implicari, si periculum sit evidentissimum, non video, quare nostra deperdere teneamur ob alienarum rerum conservationem, quid si prohibeamur a potentiori vel superiori, si receptas res tradere jubeamur, exempli gratia, cum superiori Bello Germanico res infeliciter gererentur & propter Cæsareanorum, irruptionem in Holsatiam, quaquaversum Holsati Stralsundam se receperant, inter alia Cæsaris postulata erat & hoc, ut omnia recepta juberent ex urbe sua cedere, Lundorp. *act. publ. V. 3. p. 1018.* Quid si res recipiendæ, ex hujusmodi locis deferantur, de quibus metus sit, ne in illis pestis & contagiosa lues grassetur. Societas humana desiderat quidem, ut miserabilibus personis officium *receptus* præstemus, sed tamen cum ordinata charitas a nobis ipsis incipiat, ejusmodi in metu, recte receptum denegamus, quid vero cum arg. §. 3. *Inst. d. Injur. §. f. I. d. Noxal. Act.* quicquid nostris aut nostratibus accidit ad nos pertinere videatur: Nonne miseria nos instiget, de calamitate miserorum benigne judicare & eorum bona recipere? Et cum Chrysofomo enim dici potest: Melius esse propter misericordiam quam crudelitatem reddere rationem. Ad minimum, si rationes non tanti sint sive
falsa,

falsæ, non aggravandas autumo, nec Cœci fidem habeamus. Receptus enim rerum miserabilium ex Jure Gentium talibus debetur, quibus innocens est animus, & irata fortuna, & quorum *receptus* nobis non nociturus.

THESES. XII.

Quicquid uti antea memini miserabiliter ita deponitur, & depositarius aut ejus heredes inficientur, dolove detrectent, ejus nomine actio erit in duplum *l. 1. §. 1. & 4. l. 18. ff. d. Deposit.* Pichard. *ad §. 3. Inst. Quib. mod. re. quæ dupli pœna non ubique exolevit.* Württenberger Landrecht *p. 2. t. 3. §. f.* Ist er also dem Kläger zusammit den gefleheten Gütern, noch so viel sie in werth, zu erstatten, condemniret und angehalten, dazu auch nach Gestalt und Gelegenheit der Sachen, ernstlich zustraffen, & *Reformatio Norimberg. lib. 5. t. 15.* So jemand in sorglichen Aufsläuffen, Feuer, Wasser, oder dergleichen Noth, zu einen andern etwas flehet, und zu halten vertrauet, und der Annehmer oder sein Erbe, der da von ein Wissen hat, solches hernach fürselich verleugnenn, und dessen überwiesen würde, so soll er dem Hinterleger zusammit den Gefleheten, und eingegebenen Gut noch so viel als es werth ist zu bezahlen und erstatten schuldig seyn. Quod vero non semper dicitur pœna dupli, fit quia Actor id non petit, vel quia hujusmodi homines perfidi pauperes esse solent, vel quia Judex nescit: *Brunnem. ad l. 1. ff. depos. n. 3.* si vero Depositarius defunctus, ob ejus dolum heredes tenentur in simplum, ob proprium vero in duplum, *l. 1. §. 1. l. 18. ff. depos.* hic tamen alleganti probatio incumbit, uti in omnibus contractibus ubi culpa levis præstatur, *Menoch. d. arbitr. Judicium quest. lib. 2. cent. 4.*

C

cas.

cas. 309. n. 10. multo magis vero id vult obtinere Johannes Philippi *lib. 3. eccl. 43.* in deposito, in quo non levis, sed dolus duntaxat & lata culpa præstanda venit: *Carpz. Resp. 13. n. 11. § 13.* Doli autem probatio difficillima, directeque probari non potest, indicia, conjecturæ & præsumptiones, arbitrio Judicis æstimantur. *Mascard. de probat. Concl. 531. n. 1. in fin. Brunnem. ad l. 6. C. d. dol. mal.* Ita pronunciatum a Scabinis Lipsiensibus Anno 1638. ad requisitionem Caspari Neandri zur Linckau: hat ein hoher Krieges-Officier von welchen euer Frage meldet Anno 1638. in einem verwahrten Kasten etliche stattliche Fahrnüsse und Kleider, dabey auch ein schwarz Säcklein worinnen 450. Ducaten gewesen euerem Vater aufzuheben gegeben, worüber eine designation derjenigen Stücken, so in den Kasten gelegt worden, unterschrieben, und sich zu derer restitution verbunden, darauf selbigen Kasten in seiner Schlafkammer setzen lassen, und solchen gleich andern seinen Sachen verwahrntlich enthalten. Als aber vorbenannter Officier den Kasten wiederum eröffnet, ist das Säcklein mit dem Gelde nicht mehr vorhanden gewesen, dannenhero er solches von euerem Vater als dem Depositario wieder erstattet haben will; ob nun wohl derselbe laut vorherührter designation sich zur restitution der im Kasten verwahrntlich gelegenen Stücken verobligiret, und daher der Officier aus solchem Schein die paratam executionem zu Erstattung des Geldes wieder euren Vater als Depositarium suchen thut: Diemeil es aber dennoch damit diese Beschaffenheit hat, daß besagtes Säcklein mit dem Gelde ohnzweifelhaft casu fortuito weggekommen oder entsemdet

det worden, gestalt dann der Kasten verschlossen, und mit des Deponentis Petschafft unterschiedlich versieglet, die Schlösser und die Siegel auch bey der wieder Eröffnung richtig befunden worden, daraus nothwendig zu schliessen auch von Deponenten selbst nicht verneinet werden mag, es müsse das Säcklein entweder bey den einlegen in den Kasten unter den Händen hinweg kommen, oder doch hernachmahls dolose und fraudulenter gestohlen worden seyn, in welchem Fall aber ein Depositarus, ehe und zuvor sein eigener dolus oder culpa lata von Deponenten erwiesen, dafür zu haften, und des Schadens einige Erstattung zu thun zu Rechte nicht verbunden. So mag auch bey so gestalteten Sachen die schleumige Execution, wegen des verlohrenen Geldes wieder euren Vater nicht angeordnet, noch derselbe zu wieder Erstattung dessen angehalten werden. Es könte und mögte denn mehr besagter Officier wie recht, weisen und beybringen, daß aus eures Vatern hoher Nachlässigkeit und Betrug obangeregtes Säcklein mit dem Gelde verlohren worden, und hinweg kommen, inmassen ihme dann solchen Beweis zu führen vor allen Dingen obliegt: auf selbigen Fall hätte sich mehr bemeldeter euer Vater der Restitution nicht zu enbrechen. *M. R. W. Et si casum hunc acciperemus de deposito miserabili, stricteque ageretur, duplum præstari deberet. Qui specialis est effectus Depositi miserabilis; verba Prætoris hæc sunt. Quod neque tumultus, neque incendiū, neque ruina, neque naufragii causa Depositum sit, in simplum. Earum autem rerum, quæ supra comprehensæ sunt, in ipsum, in duplum; in heredem ejus, quod dolo malo ejus factum esse dicitur, qui meruius sit, in simplum.*

*simpulum, quod ipse in duplum iudicium dabo. eadem l. 1. §. 4. Ulpianus Edictum Prætoris interpretans. Hæc autem separatio inquit, causarum iustam rationem habet, quippe cum quis fidem elegit, nec Depositum redditur, contentus debet esse simplo. Cum vero extante necessitate deponat, crescit perfidiæ crimen, & publica utilitas coercenda est, vindicandæ Reipublicæ causa; est enim inutile in causis ejusmodi fidem frangere, in fine hujus §. notentur voculæ & publica utilitas, quæ videntur habere aliquid difficultatis, saltem Dd. variant in lectionibus. Vid. Cujac. *ad l. 2. C. de fide & jure Hastæ. Robert. recept. sententi. 31. Duaren. 1. dissert. anivers. 11. Hunn. ad Treutler. vol. poster. disp. 30. th. 2. q. 14.**

THES. XIII.

Quid vero si moneta coriacea, lamina, &c. quæ certum valorem habent, essent deposita, numne tanta industria ac pretiosissimæ aureæ monetæ custodiendæ, & respondere de iis teneatur Depositarius, non est quod dubitemus. Qualitas quidem monetarum primum in materia, deinde in forma publica consistit, sed & potestatis ratio ducitur. Potestatem vero dicimus premium, sive valorem jure publico ei attributum, unde & ferreis, æreis, coriaceis, publica autoritate eadem potestas aliquando attribuitur, ac argenteis, & aureis. At copiosius ut paulo de re ad cognoscendum præclara differamus, intelligendum est, Nummos, non ex hominum instituto & publica lege æstimari; ac propterea non modo ex auro & argento, verum etiam ex plumbo atque adeo ex corio cudi interdum solere, Cæsar. *lib. 5.* utuntur autem ære aut laminis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo. Apud Lacedæmonios corium for-

forma publica percussum usum præstitit numeratâ pecuniâ. Seneca: *lib. de benef. 5. C. 14.* In quam sententiam extat historia Pandolphi Collenutii, & Antonini Florentini Chron. anno 1240. cum Fridericus Imperator, propter exhaustam diuturnitate Belli Italici pecuniam, coriariam cudi iussit monetam, cui valorem aurei Augustalis imposuit. Statuens, ut eo pretio in emendo, vendendo, permutando ab omnibus sumeretur. Simulque per præconem edici imperavit, bello finito, qui hanc monetam ad Cameram Imperialem referret aureum Augustalem recepturum. Sed in sequentibus Pandolphi sententiam non amplector, cum enim Imper. bonâ fide Edicto satisfecerat, Documentum inquit ille apertissimum præbuit, valorem & pretium monetæ non materia sed hominum instituto & conventionione æstimari, cum tamen ex hoc allegato exemplo Friderici pateat, quod solummodo valuerit ad tempus, quod tempore necessitatis introducta, quod denique postea contra monetam nempe aureum Augustalem sit permutata moneta talis spuria, ex materiis materia satis vilis electa. Si recurrimus ad tempora Primi ævi, vel ad antiquiora, tale iudicium non displiceret. Sic Helmod. *in Chron. cap. 395.* Danis usum monetarum ignotum fuisse memorat, quicquid in foro mercari volebant panno lineo comparabant, sed hoc ævo ita innouit pretiositas auri & argenti, ut coriariæve monetæ usus obsoletus satis sit, nisi ad certum tempus necessitate premente hoc beneficium spe permutationis arripiatur. Ita Rex Gallia nobis in bello hocce adhuc exemplo esse potest. Si valorem habent interim, & deponantur in causa necessitatis, non

C 3

aliter

aliter si inficiantur, ac ordinariæ monetæ, duplum ejus præstari puto. Si finito periculo injuste & dolo talis materia vel moneta a Depositario, deponenti retineatur, & statutum fuerit tempus vel terminus permutationis, ne in infinitum Princeps vel Camera permutando gravetur, idque lapsum, numne potius agat ad expiratum valorem corii, vel laminarum, quam ut in natura depositum reposcat, cujus valor jam vanus est: quam me sententiam profiteri haud nego, cum arg. l. 1. §. 22. in pr. ff. d. dol. mal. cui adjungatur ejusdem legis §. 16. & Depositarius dolo vel dolosa mora me valore ita privavit, hinc l. 1. pr. ff. d. dol. mal. dolo deceptis, l. 13. pr. ff. eod. & hæredibus non negatur illati damni restitutionem petere actione doli, vid. Lauterbach. ad tit. d. dolo mal. quid vero? Si plane negatum fuerit Deponenti a Depositario, nonne Deponens juramentum potest deferre ad probandum? quod verissimum, imo, si etiam in libello dolose & contra bonam fidem quid fecisse dicatur Carpzov. Proc. Jur. Tit. XI. A. 1. n. 60. verba ejus sunt. Pronunciatum ita scio in supremo Judicio Apellationum. Term. Mart. Anno 1646. & Term. Trin. 1647. & præsertim in Miserabili Deposito admittatur juramentum, ubi confusio, angor, tristitia deponentium afficit corda, ut sibi non prospiciant satis; Imo quid (quod vero vix contingit) si plane obliviscantur Rustici locum ubi deposuerint, vel depositarius aliam domum interea temporis conduxerit, illam inhabitet, vel denique neget: arident hic argumenta Carpzov. in supr. all. l. Nec abs re inquit, si consideraverimus (1.) locum obtinere delationem juramenti pro recuperatione rerum etiam in causis criminalibus & fa-

& famosis, pro ut jam in præcedentibus luculenter est demonstratum. Qui ergo excipi quiret causa depositi quantumvis doli reus arguatur, actioque depositi sit famosa, *l. 1. d. bis. qui not. infam.* sufficit namque pœnæ haud mentionem in libello factam fuisse. (2.) Cumque nullibi legatur excepta actio depositi a regulis juramenti deferendi, nec nostrum erit fingere limitationem, ne in auctoritatem legislatoris inpingamus, ejusque intentionem labefactemus. (3.) Accedit rescriptum *Dioclet. & Maxim. Impp.* quod hisce prodiit verbis. *In actione etiam depositi que super rebus quasi sine scriptis datis movetur, Jusjurandum ceterorum bonæ fidei judiciorum deferri potest in l. 10. C. d. R. C.* admittitur ergo delatio jurisjurandi in actione depositi. Quod si dixeris restringendum id fore ad casum, quo nullius arguitur Depositarius doli, vel ablationis rei depositæ, non immerito quæsierim ubi fundata hæc restrictio sit, non certe in verbis Rescripti illius generalibus, quæ cum absolute loquantur, simpliciter quoque & generaliter accipi ea oportet, *l. 1. §. generaliter ff. d. leg. præst.* huc usque *Carpzov.* cujus rationibus rationes addere haud necessarium puto, nisi adderem, quod in miserabili summa æquitas & ratio postulet. Præprimis propter maximam bonam fidem, quæ in deposito illo desideratur. *Ulp. enim Lib. 30. ad Edictum ait,* depositum dici, quasi totum fidei ejus commissum sit, quod ad custodiam pertinet, unde major fides in eo requiritur, quem quis sponte elegit, & summæ probitatis fiducia cæteris prætulit. At commodatum, cum utilitatem commodatarii respiciat, non spontaneam domini voluntatem continere videtur, qui fortassis interpellanti amico

amico non ausus est denegare, cum tamen ejus fidem non adeo probaret. Quam eandem rationem jam antea ab Alciano *lib. 2. parerg. cap. 36.* redditam fuisse inveni.

THES. XIV.

Inde etiam est, quod cum major fides in hoc Contractu exuberet, majora meruerit a jure privilegia, nam etsi debito jurato compensatio objiciatur, tamen Depositum non admittit compensationem, Imper. Justinianus in *l. ult. C. d. compens. §. 30. I. d. A.* huc etiam videtur facere *l. ult. C. Commod. ad ultimam hanc quod spectat legem cum Cujacio ad Paul. Recept. Sent. 12. §. ult. non ad Tit. Commod. sed depos. refero id. lib. Obs. 37. vid. l. 6. l. 9. Cod. depos.* Item in deposito non admittitur reconventio, Felin. in *cap. ult. de Ordin. cognit. Mangrella in Lucubrat. ad Bart. in l. 11. C. depositi.* Item Actio depositi requirit summariam cognitionem, per *l. 11. c. depos.*, item habet executionem paratam, sicut res judicata, Paulus de Castro *ad d. l. nec quadrimestre spatium ad solvendum ex l. 3. C. d. usuris rei jud.* Depositario indulgetur, hac ratione agens, omnibus creditoribus & privilegiatis præfertur *l. 7. §. 2. ff. Depos. Stracha de decoctor. part. ult. n. 1. 2. seqq.* Depositarius agere potest depositi cum eo, qui non gratis, vel non aliter nisi nummis pro custodia acceptis depositum reddere voluit, quamvis sine mora & incorruptum reddiderit, *l. ult. ff. depos.* item contra agentem depositi, non potest objici Exceptio domini, Bart. *ad. d. l. quæ omnia bona fides & maxima æquitas postulat.*

THES. XV.

Qua de re apud Herodotum in Erato, Leutyches Atheniensibus dicebat, nihil aliud æque bonum Deposito

sito cogitari posse, quam illis petentibus restituere. De Clauco Spartano nota Historia est, qui, cum a Milesio pecuniam depositam recepisset, deinde Milesii filio notam pecuniam reposcenti denegasset, ac iurejurando intervertere conaretur, ipsum cum prole totaque domo extinctum fuisse narrat Juv. Satyr. XIII.

*Spartano cuidam respondet Pythia vates,
Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret
Depositum retinere, & fraudem jure tueri
Jurando, quarebat enim que Numinis esset
Mens, & an hoc illi facinus suaderet Apollo:
Reddidit ergo metu, non moribus & tamen omnem
Vocem adyti dignam templo veramque probavit,
Exstinctus tota pariter cum prole domoque.*

THES. XVI.

Non raro contingit, ut res ex levi productæ, tractu temporis, ita crescant, ut priorem speciem profiteri haud possint, hoc eo volo, bellum minutias propter inceptum in tantum per accidentia crescere potest, ut vel sapientissimus, sibi augur non suffecisset; quare aliquando ex diuturnitate temporis Depositarium vel si mavis Recipientem non exiguum periculum & dispendium inde manet. Animalia, Tauros, Vaccas, Equos &c. autumo, non nisi damno sunt futura, quotidie, tam ratione pabuli, quam stabuli & laborum agrestium cura habenda (Taceo homines aut sexu, aut ætate, aut morbo imbecilliores. Sentio hic juxta Tritum illud:

Turpius ejicitur quam non admittitur boves.)

Si numerum meis æqualem recepi æquum erit ut & pabulum iis præbeam, hic vero restitutio & compensatio

D

latio

fatio neutiquam deneganda. Sed quid propter multos inopinatos dies rarefcit pabulum, ita ut brevi periculum inftet, ne & pecus rarefciat? Objicis & tua & deponentis pecora aliorum abige, fi fieri poterit, fiat, fed deponens onera patiatur. Si alias perierint illis pereunt, arg. *l. 1. §. 4. D. d. Oblig. & Act.* nec opus erit ut propria alienis poft habeat. Puffendorff. *Jur. Natur. & Gent. Lib. V. cap. 4.* intellige fi parisi sint pretii. Lauterbach. *Colleg. ff. depos. §. 23.*

THESES. XVII.

Imo Agricolaë vel alii locorum immunitorum incolæ, cum bonis fuis in civitates munitas regionis fuæ confugiunt, communi ut tutamine & præfidio gaudent. Cives vero ipfi ex dubia fortuna belli poftea coacti, fe fuæque falvare (fi beati ita fint, ut illis portula adhuc pateat, quod vero in obfidionibus ex beneficio fitus civitatum quarundam hoftis non poterit illis negare) quærimus, num absque refpectu rerum alienarum receptarum, cum fuis folum ad vicinum confugere, & amici bona periculo fpoliationis derelinquere æquo animo & falva conscientia poffint? Multum periculi in utraque fufcipit recipiens, vel depositarius. Si meticulofus fibi finxerit majus periculum, ac eft (Hannibal terret ante portas, non adfcendet interim capitolum) & mifer ab hoſte vel excuſſoribus ejus infaufte intercipitur, & ſpoliatur. Si fuis nunc immiſcuerit deponentis bona, nonne teneretur reſpondere de immaturo metu, quid quod? ſi illi objiceretur, quod limites exceſſerit mandati, (ſit venia verbo cum hic mandatam cuſtodiam rei depositæ intelligo) dum Deponens res ſuas tutas & ſecuras voluit, illo loco, quo depo-

deposuit. Dure disputaretur, nec intentio bona depositarium plane liberare poterit. Quod vero ratione occasionis, circumstantiarum, loci, pro & contra defendi poterit, positis certis casibus. Sin vero metus non vanus fuerit & ex eventu postea, (modo finis optatus fuisset, & bona in itinere, intercepta non fuissent) metus recipientis justus probetur, cum nempe civitas occupata, cives omnibus spoliantur, non puto quod vel reddere rationem vel restituere teneatur, dum idem & domi passus esset, quod & metum tunc purgat. De dolo secundi depositarii ultra non tenetur quam, ut adversus illum actiones suas deponenti præstet. *l. 16. ff. de pos. vid. Lauterb. Colleg. ff. de pos. §. 25. & 34.* Benigne vero depositarius qui *b. f.* agit tractandus. In deposito enim quo rem nostram aut ad nos quocunque modo spectantem, alterius fidei committimus, ut eandem *gratis* custodiat §. 3. *l. quib. mod. re. l. 1. §. 8. ff. de pos. Brun. ad b. t. Væt. ad f. b. t.* hoc imprimis requiritur, ut res concredita diligenter custodiatur *l. 1. §. 5. ff. d. O. & A.* de gradu autem diligentiae, custodiendo in deposito adhibendo, communiter traditur, sufficere vulgarem diligentiam, quæ dolum & latam culpam excludit, idque tum quia hic contractus deponentis tantum causa inicitur, ejusque apud quem deponitur nulla utilitas versatur, quia ipse culpa non vacat qui homini dissoluto rem suam concredidit. Et ob posteriorem rationem in deposito a culpa excusatur, qui in eo custodiendo ad suum modum curam præstiterit, seu eandem quam in rebus suis solet, licet illa satis remissa sit *d. l. 1. §. 5. D. d. O. & A.* vid. Puffendorf. *d. J. N. & G. l. V. cap. IV. p. m. 492.*

THES. XVIII.

Ex hac quæstione tamen quatenus nempe respiciatur ad diligentiam in custodiendo, non lubens recedere possum, nisi addam aliquid, Dico ergo quod exactissima aliquando cura adhibenda sit, non solum quando expresse super ea conventum, sed & ubi rei depositæ conditio id requirit, puto si sit pretiosissima, aut omnis ex ea fortuna alicujus dependeat, ubicunque deposita fuerit, solertia in custodiendo adhibeatur, passim per *iii. ff. depof.* (ubicunque dico: Romanos enim res suas sæpe in æde sacra deposuisse constat. *Rævard. lib. 1. varior. cap. 15. in publicis horreis, l. 9. C. d. pignorat. act. Noodt probabil. lib. 4. cap. 3. non nunquam apud Argentarios aut Mensularios l. 7. §. p. & ult. l. 8. ff. Depof. l. 24. §. 2. f. d. Reb. Auth. jud. poss. Rævard. all. l. in pr. & circa fin.*) Ista diligentia tamen non in eo consistit, ut quis noctu diuque eidem rei custos assideat, sed ut eam loco, quam habet munitissimo, recondat, ubi minus corrumpitur. Quippe etsi amico & legibus amicitie satisfecerim, si res ejus æque curem ac proprias, nec ita, quod queratur, habeat. Si mea amicis meis bonis disconvenient pretio, & tempore periculi utrasque fervare nequeo, æquum duco, ut potius res meas viliores negligam, & pretiosiores receptam fervem *l. 5. §. 4. ff. Comm. v. g. incendio oborto, cistas panno, linteo, vestibus impletas Depositarius post habeat cistis, auro, gemmis instrumentis, literisque impletis, licet ejus non sint, ita tamen ut deponens ille restituere teneatur damnum, & indemnem fervare de deperditis dum ipsius res præ meis fervavi, non secus ac si alias impensas in Depositum fecissem*
aut

aut per id damnum incurrissem, quare contradicente Depositario competit depositi ad indemnitatem servandam *l. 5. ff. depof.* Quod si vero talis diligentia non fuerit adhibita & viliores meas prætulerim, amicitia solum & humanitatis Jura illum violasse volunt, & a præstanda rei perditæ æstimatione absolvitur, quoniam hæc non pœnam inducunt, Puffendorf. *d. J. N. & G. lib. V. c. IV. §. 7.*

THES. XIX.

Si vero receptis rebus utar absque consensu Deponentis, quod non licere cum Dd. affirmat Puffend. *lib. V. cap. IV.* qui nituntur *l. 20. ff. Depof.* manifestum enim quod omni modo deterioratio rei depositæ avertenda, nisi specialis concessio interveniat deponentis, vel aliter conventum sit. Gell. *lib. 7. cap. 15.* Quod si eo usus est, furti se obligavit vid. §. 1. *I. d. obl. qua ex Dol. nasc.* Si exempli gratia Equos, boves vel alia receperim, & non conventum mihi eorum opera uti licere, vel expresse, conventum ne utar, attamen utor arando, occando, Deponens contra me actionem habet depositi, nisi conventum me uti posse, si velim, *l. 10. d. R. C.* Si vero evincere Depositarius velit, non esse revera depositum, sed incidere in mutuum vel commodatum, respondemus depositum in dubio præsumi per simplicem traditionem & acceptionem, Mant. *de tac. & amb. conv. lib. 10. tit. 3. n. 2.* Fr. *ad. T. 8. Depof. n. 10.* imo usus rei depositæ adeo non conceditur Depositario, ut vix id pacto conveniri possit, uti mihi Author Clariss. Dn. Eck. Acad. Ultraject. Prof. quem quondam lubens docentem audivi in *Principiis Juris tit. D. depof. n. 9.* Quod si autem per usum rei ni-

hil prorsus decedat, vel si directe usus non poterit vocari, puta, si sine cista veniunt vasa argentea, aurea, ornamenta pretiosa recipienda, quid nocet si disponantur in ornamentum conclavis, modo conclave alias tutum satis vel munitum, & res depositæ receptæ securæ, vel si ex poculo tali hospiti honoratiori propinetur, non video quare interim eo non posset uti, dummodo non peculiariter domini intersit, ne depositum propter causas singulares in conspectum veniat & Depositarius sciat sibi præstanda fore quævis pericula, in quæ res deposita propter eum usum incidere potest. Et *accessoria* depositi, quantumvis revera deposita non sint, *p. l. 1. §. 5. ff. de pos.* attamen pro rebus etiam, quæ deposito accedunt; depositi Actio datur Bald. *ad l. 1. §. 5. ff. de pos.* Mozzius *c. 6. n. 21.* ideoque in Glossa dicitur quod Depositarius tam de accessoriis quam principalibus debeat habere custodiam. Si Equus Phalaratus depositus, tam de ornamento quam de equo tenetur respondere. Nullo tamen modo rem depositam licet eximere ex cista vel aliis vinculis aut receptaculis, quibus a Domino fuit inclusa. *l. 1. §. 36. ff. de pos.* Imo licet res fungibilis, non inclusa aut obsignata fuerit tradita, nonne poterit eandem consumere Depositarius? Modo in promptu sit ipsi quancumque Depo- nenti placuerit, ejusdem generis rem eadem quantitate ac qualitate restituere, nisi talia sint nummorum corpora in quæ ob antiquitatem, bonitatem, memori- am, cadit affectio, Brunnem. *ad l. 3. C. de pos.* Lauterb. *Cod. eod. n. 3. l. 31. ff. locat.* Mantica *de tac. & amb. conv. lib. 10. tit. 3. n. 12.* cum sæpe ejusmodi rebus tantopere indi-

indigeamus, ut alias res pro iisdem vel pretium etiam accipere nolimus. Vid. Puffend. d. J. N. & G. all. l.

THES. XX.

Quid vero si Depositarii, apud quem deposuimus, Dominus vel Princeps etiam bello implicatur, & ex amico fit hostis, vel si neutralem se gesserit, tandem parti se adscribit, alterumque hostem declarat, quid dico si cives ille suos compellat ad indicandum, quæ, & quorum penes se habeat bona, vel quid receperint. Jedweder Bürger und Unterthan soll bey willkührlicher Straffe anzeigen, wessen und was für Güther bey ihm eingestehet worden. Nam confugiunt in loca munita etiam, ad quos neutiquam belli injuria pertinet, Excursiones militum, vero queis limites ita accurate ponere, vix possibile, & vicinorum de angustis securitatem aliquando faciunt dubiam. Carpzov. p. 2. C. XVI. §. 48. nos sentire docet, quod expediat si apud cognatos depositum fuerit hoc casu, qui non coguntur testimonium ferre contra cognatos, tali ratione res nostræ satis infelici fidere depositæ, hinc explorandum utrum paci profanæ secundum proverbium, tuta habenda sit fides. Ob dem Land-Frieden zu trauen, Deposita ita dixerim deperdita, simplicem enim negationem num abmissurus Princeps est? quod quæritur, & propter pœnam quam incurrit Depositarius, e millibus vix unum credo periculum facere. Et nostri causa perjurium committere non desideremus, equidem subsisto, an tale quid vel cogitare possimus, non solum secundum imprecationem omnium malorum jurejurando inclusam inclusam quibus se offert, Deumque Ultorem scit: vid. Nov. 8. 7. 14. (veteres Romani juraturi,

turū, silicem, quem manu tenebant, projiciebant, & pro-
 jicientes solennia hæcce verba pronunciaſſe Feſtus au-
 thor eſt; Si ſciens fallam, ita me Dieſpiter, ſalva urbe
 arceque, bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem: ſic & Jo-
 vem lapidem jurare, Rævardus *varior. lib. 5. cap. 5.* quid
 & per quem juraverint Romani vid. *l. 3. §. ult. l. 4. 5.*
13. §. ult. ff. de jurejur. l. 2. C. d. R. cred. & jurejur.) Sed
 etiam perjurium non prorsus impunitum permittitur,
 ex moribus hodiernis non infrequens digitorum pri-
 morum amputatio, quibus in cælum elevatis perju-
 rium præſtitum, frequentior vero arbitraria coercitio
 quoad pœnam, vidè Grœnowegen *ad l. 2. C. d. Reb.*
Cred. & jurejur. n. 6. & ſeqq. Anthonium Matthæum *d.*
Crim. lib. 47. Tit. ult. cap. 1. qui Romanorum in perju-
 ros pœnas nobis dant *l. 5. alb. 2. C. d. Reb. Cred. & jure-*
jur. l. 22. ff. de dolo; infamia perjurii reos notatos legi-
 mus *l. 14. C. d. Transact.* extra ordinem verberatos, cri-
 minis falſi ac Stellionatus reos poſtulatōs, adque da-
 mnū perjurio aliis illatū reparandū condemnā-
 tos *l. ult. ff. Stellionatus. l. 13. C. de Teſtibus. l. 13. §. ult. ff.*
de injur. Confer Rævard. *l. 2. varior. cap. 3.*

THESES. XXI.

Quærimus nunc porro, cum materia manifeſtatio-
 nis rerum abſconditarum anſam præbet, num ſuperat-
 us ab hoſte cogi poſſit res ſuas ablatas vel abductas
 & alibi ſecuras abducere, curareque ut in apicum ve-
 niant abſcondita. Daß ſie die weggeſteheten Sachen
 ſollen zur Stelle ſchaffen, oder auch die heimlich verbor-
 gene offenbahren. Si vis, merum factum, & potentia,
 ſpectetur, miles, præprimis Gregarius ingenioſus ad
 inve-

inveniendā remedia atrocīa fatīs, omni tortura immaniora. Noti modi talia expiscandi, suspenduntur homines, fumo cruciantur, & similia. Si vero ratio locum invenit, & non respicimus ad id quod fit, sed quod fieri debeat, secus plane erit sentiendum, species enim hujus acquisitionis, in occupatione atque actuali apprehensione consistit. Quare quæ conspectum & manus victoris effugiunt libera manebunt. Grot. *d. J. B. & P. l. 3. 21. §. 28.* at videtur sibi ipsi contrarius *lib. 3. cap. 8. §. 4.* & a prima sententia dissentiunt. Ziegler. *ad citatum Grot. cap. 21. §. 28.* Vitriar. *Inst. J. N. l. 3. c. 14. q. 31.* exemplum habet Puffend. *d. J. N. & G. l. 8. c. 7. §. 14. in f.* Quid vero si quis non coactus causam præbuit, ut res meæ depositæ vel absconditæ auferantur ab alio, contra illum non inepte dari actionem Legis Aquilæ puto, casum talem recenset Brunneinan. *Cent. 4. dec. 1. 57.* ubi Flaminius quidam cistam deposuerat plenam pretiosis vestibus, sed Bertha Sempronii soror militibus discurrentibus illam cistam prodiderat, quam etiam aperuerant & contenta secum abduxerant, Flaminius convenit Bertham ex L. Aquil. & lata tunc est sententia. Würde Flaminius die in Actis befindliche Specification und Æstimation der Sachen endlich erhalten, so wäre Bertha solchen werth Flamino zu erstatten schuldig, cujus ratio est in *l. 2. C. unde vi.* Hujusmodi generis dolosi proditores, si de crimine sint convicti, nil habent quo se tueantur, sed iudicium illico expectant: absque extrema necessitate enim, neque captus tenetur, cui sat grave est, se accuratissimo scrutinio victoris expositum fuisse, omnia accurate vel ultro manifestare, sed licite quædam ad

futuram sustentationem aut redemptionem reticentur. Captus enim dives a Turcis, quid opus ut opulentiam suam ultro, cum ignotus inter illos sit, divulget, nec conducit, nisi ad hoc quod majus lytrum solvat. Sufficit victori quod excusione satis sedula patentiora victi bona nactus fuerit. Vid. Joach. Burgeri *observ. Milit. c. 1. obs. 31.* uude est quod militibus non indifferenter loca superata spoliare permittitur; Sed aliquando ad dies & horas licentia illa illis admensuratur, spatium vero illud excedentes graviter puniuntur sc. ne omnia ipsorum rapaci sagacitati pateant, unde colligitur, si producere in publicum abscondita tenerentur victi de jure, quid opus foret processu tam prolixo, spoliatio talis hodie vix adhuc est in usu, sed si sit, propter singularem obstinationem hostium, vel fonticam causam, militibus indulgetur, alias spolia potissimum sunt exorbitantia militum, quæ non raro gravissime puniuntur, præsertim si tempus constitutum, supergressi poena afficiuntur. Aristot. inter modos pecuniam conquirendi meminit stratagematis victoris, victis bona illæsa fore simulans, aliquandiu quievit, sed animadverso securiores factos e latebris suas res produxisse, jam spoliandas commisit militibus, citra prolixam tunc scrutationem inveniendas. Si privatus inter spolia aliquid acquisiverit, sibi acquisivisse autumo, quantumvis nullam militarem operam faciat. arg. §. 3. *I. per quas pers. acquir.* modo liber homo sit nec operam suam, alteri addixit. Grot. *d. J. B. & P. cap. 6. §. 8. 9. 10. 11. 12.*

THESES.

THES. XXII.

Coronidis loco hic produco tandem finem hujus materiae, nempe Extraditionem rerum depositarum, cum omne periculum hostilitatis evanuit (interim furtivæ ablationi nunc magis obnoxia. Bellum enim fures ferit ac maleficos, quos pax gladio demetit & resti) Quodocunque ergo libuerit deponenti, potest rem depositam reposcere, licet certum adjecerit tempus, intra quod nolle reposcere, mutare enim voluntatem meam non prohibeor *l. 1. §. 45. cum seqq. ff. Depos. restituique debet depositum integrum cum accessionibus & omni causa §. 3. 1. Quib. mod. re contrah. oblig. l. 1. §. 24. ff. cod. Usuræ propter moram petuntur. per l. 29. §. 1. ff. l. 2. C. depos. Idem jam supra petimus dicendum esse si Depositarius rem vel pecuniam in suos usus converterit. *l. 3. l. 4. C. depos. Quandoque tamen non res ipsa sed æstimatio ejus præstatur. l. 1. §. ult. depos. Ex hoc contractu omnes obligantur, qui intellectum habent & consentire possunt, omnes enim contractus consensum requirunt, l. 1. §. 3. ff. pact. acerrime obstat Fachin. 2. Controv. 92. tradens & nuda confessione, quale Dd. confessionatum vocant, & sine traditione rei depositum contrahi. Sed respondemus, ibi non de constitutione, sed confessione & probatione celebrati contractus agitur. Nec hinc tenentur tantum majores, verum etiam pupilli, si vel dolum commiserint, vel locupletiores inde facti *l. 1. §. 15. ff. depos. & qui dolo malo moraturi saltem depositum reddere per l. 13. ff. depos. fiunt infames, vel etiam si modo male in re deposita versati, l. 6. §. p. ff. de his qui mor. infam. vel si invito Domino ad usus suos contre-***

Etaverint l. 29. ff. de pos. Seque patiantur per sententiam
 ad restitutionem Deponenti faciendam, compelli &
 condemnari, wird vor anrücklich, treu und Ehrloß ge-
 halten l. 10. C. de pos. l. 1. l. 6. ff. d. bis qui not. inf. ſci-
 licet ſi ſuo nomine condemnetur: Hinc ira condemna-
 tus e Collegio opificum removeri poteſt, ſive ſit ex
 cauſa Depoſiti ſimplicis, vel miſerabilis, Hahn. ad We-
 ſenb. tit. 15. de pos. n. ult. Si quidem famoſis & notatis,
 dignitatum portæ non patebunt. l. 2. C. de dignitat. imo
 ſuperueniens infamia delatos jam honores adimit. l. 8.
 C. de decur. Præjudicium ſubmiſtrat Johannes Phi-
 lippi lib. 3. ecl. 42. ubi Scabini Lipſienſes anno 1635. in
 cauſa des Handwercks der Grob-Schmiede in Meiſſen
 ita pronunciarunt: als ihr uns zwey Verzeichnüſſe und
 Extract aus des Raths zu Meiſſen Protocoll mit A. B.
 und C. bemerckt beygebracht, hat Magdalena eures ge-
 weſenen Mit-Meisters, Hanſen Werners hinterlaſſene
 Wittib, nach Abſterben gedachten ihres Ehemannes,
 nicht allein das Handwerck fortgetrieben, ſondern auch
 Gaſtung zu halten, und fremde Leute zu beherbergen
 angefangen, und als ein Wachtmeiſter, Hanß George
 Steiner genannt, mit ſeinem Weibe bey ihr eingekeh-
 ret, und vor ſeinem wieder Hinwegreiſen in einen Zell-
 ſen etliche Sachen an Geld und andern Fahrnũß 126.
 Rthlr. 9 Gl werth aufzuheben gegeben, und in ei-
 nen verſchloſſenen Kaſten, dem ſie ihme dazu geliebet
 verwahrlichen beygeſetzt, beydes aber, Kaſten und Zell-
 enſen hat ſie erdffnet, und alles entwendet, ſolches, nach-
 dem der Wachtmeiſter wieder kommen, und derowe-
 gen geklaget, anfänglich auf die durchreiſende Solda-
 ten geleget, endlich aber zu der Entfremdung ſich be-
 ten-

fennen, und mit ihme den Wachtmeistern vertragen müssen. Ingleichen sie dann auch dergleichen Untreu ihren Gefellen George Bormannen so im Krieg gezogen, und ihr etliche Sachen hinterlassen, und anvertrauet, erwiesen, und nach seinem Todt dessen Brüdern und Erben alles verleugnet, jedoch endlich wieder erstatten müssen. Da sie nun derowegen, daß sie das Anvertraute und bey ihr hinterlegte Gut angegriffen, und veruntrauet, Gerichtlichen beklaget, und solches gestanden, oder überwiesen, auch deswegen von der Obrigkeit zur wieder Erstattung verurtheilet, und also dadurch an ihren Ehren anrücklich worden. So mög- tet ihr sie in eurer Innung, und Handwerck-Zunftt fer- ner zu dulden, wieder euren Willen nicht gedrungen werden. V. R. W. Non vero furiosi, arg. l. 5. ff. d. R. 7. nec infantes his subjacent §. 9. l. d. Inutil. stipul. l. 1. §. 13. ff. d. O. & A. Actio contraria depositi est quæ comperit Depositario ob impensas in rem depo- sitam factas, si nolit experiri hac Actione, sed potius retentione, id nequitiam in jure procedit per l. 11. C. depos. Ubi Depositarius jubetur restituere, sine ulla di- latione, ita ut nec compensationem, nec retentionem per modum exceptionis propositam opponere possit, sed postea contraria depositi Actione, quod sibi abest, petat. Sichard. ad l. 11. C. b. t. n. 6. Hic filum ab- rumpo, & Dissertationi dicitur

F I N I S.

E 3

COROL.

COROLLARIA.

- I. **V**errius Flaccus male in Obscur. Cac. in Suaf. L. Vocon. nobis descripsit servum receptitium nequam & nullius pretii.
- II. Si res una duobus v. pluribus per legatum disjunctim relicta, non collegatorio directo accrescit.
- III. Mulier non tantum contra tacitam, sed etiam expressam anteriorum creditorum hypothecam πρῶτον ἐπίστασιν beneficio in repetitione dotis gaudet.
- IV. Quantitas eadem sepius legata, semper de novo debetur.
- V. Actiones sunt juris civilis, sed nomen actionis in libello exprimere haud necesse duco.
- VI. Actio injuriarum qua agitur ad Palinodiam civilis, non criminalis est.
- VII. Ecclesiarum Ministri ab Ordinariis Tributis & oneribus publicis non sunt immunes.
- VIII. Judicium in Foro Romano Germanico absque Juris peritis inepte geritur.
- IX. In cambio cui trassa facta si acceptare nolit, unusquisque (post protestationem) tertius illud cambium acceptare & solvere potest, unde sibi Negot. Gestorum actionem acquirit contra Trassantem.
- X. Titius insitor, per Sempronium Principalem pecuniam exsolvendam in cambio receperat; (er hat einen Wechsel auf seinen Principalen gezogen) Principalis bonis cedit, juramento locum esse puto, cujus fidem secutus Remittens, contra illum agere poterit.

* * *
* * *

COROL

E

Duisburg, Diss., 1729/81(1)

ULB Halle

004 527 070

3





4
P. 15. Rumi Co. 2
1735/1

LVDERI CHRISTOPHORI
KANNENGIESSERI, D.

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA
DE

RECEPTV RERVM
MISERABILIVM,

Ober:
Von Glucht = Sùthern.



EDITIO SECVNDA.

DVISBVRGI AD RHENVM,
TYPIS IOHANNIS SAS, ACAD. REG. TYPOGR.
ANNO MDCG XXXV.

